

# CHARTA GERARDI II EPISCOPI

De fundatione aquiscincti.

(*Gal. Christ. III, 87.*)

**G**ERARDUS secundus, Cameracensium Dei gratia episcopus, omnibus Christi fidelibus, aeternam beatitudinem.

Duo milites, parochiani nostri, genere et divitiis praelari, Valterus scilicet et Sicherus, mundanæ militiae cingulum deponentes, omnem hujus mundi proprietatem contemnentes, theoricam vitam sequi spoponderunt, seque et sua omnia Deo dudentes, ipsi solum in perpetuum deseruire promiserunt, locumque qui Aquicinctus dicitur elegerunt; ecclesiam inibi volentes restaurare, quam a S. Gerardo, in eodem loco eremiticam vitam ducente, audierant quondam ædificatam fuisse. Hoc autem consilium Valterus sciaret ac Sicherus, Valterus per matrem,

Sicherus per uxorem, confirmatum Ansello aperuerunt. Ipse vero Anselmus insulam illam Aquicinii, et arundinetum pertinens ad eam, et villam que Vedretum dicitur, eidem insulae contiguam, quæ a nobis in beneficium tenebat, in manu mea reddidit, et ego ea in jus perpetuum donavi ecclesie ipsius Aquicinii. Signum Widonis archidiaconi. S. Widrici arch. S. Anselli. S. Vilardi, Johannis, Fulonis, Ingebrandi, Huberti, Wlseri, Alardi, S. Vualteri Castellani Duacensis, S. Clarebaldi. Actum est hoc anno ab Incarnat. Domini 1079, indict. xi, anno Henrici regis xxvi, praesulatus vero domini Gerardi II, Cameraceus episcopi iv.

ANNO DOMINI MXCIII

# RAYNALDUS I

REMENSIS ARCHIEPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN RAYNALDUM I.

(*Gal. Christ. IX, 75.*)

« Post multa genera dissensionum, inquit Chro- nicon Nicasianum, post varias oppressiones divitum et humilium, post innumeras distractiones ornamen- torum ecclesiarum, quæ a quodam Manassede injuste nomen episcopale affectante, Deo et omnibus homi- nibus pro viribus resistente, infra et extra urbem facta sunt, subito nova lux exoritur, » etc. Rainaldum intelligit, thesaurarium S. Martini Turonensis, ex illustri Berleiorum familia oriundum, filium Ber- leii de Monasterio et Græcia seu Grisia, quæ po- stea Gaufrido Martello comiti Andegavensi nupsit. Rainaldus, quem alii *Rainoldum* seu *Raginoldum* vocant, culmen episcopaloris honoris adeptus anno 1083, omne studium impedit, ut ea quæ a deces- sore suo pessime gesta fuerant, resarciret. Etenim non urbem solum, sed omnem in circuitu ejus re- gionum velut a Barbaris vastatam et conculcatam reperit; sed ingenio solers et pervigil dispersa col- legit, et exinanita in pristinam majestatem sic resti-

Auit, ut ecclesiæ bono ac republicæ utilitatibus esse videbatur.

Anno ipso 1083 suscriptis fundationi abbatis Ribodi montis. Anno sequenti concilium celebravit apud Suessiones, scripsitque Gerardo episcopo Ca- merensi, *præcipiens in virtute obedientiae ut a pauperum Christi, id est monachorum Affligemensium, infestatione desisteret, nec eos ultra vexare præsumere*. Eodem anno confirmavit donationem altaris Ven- tiliaci factam Majori-monasterio a Thobaldo palati- no comite tempore Henrici regis, et Guidonis Ca- stellionei archiepiscopi Remensis. Anno 1085 syn- odum coegit Compendii, in qua contra Hilgutum Sues- sionensem firmata est libertas ecclesiæ S. Cornelii Compediensis. Eodem anno monachos ex abblesia S. Theoderici transmisit in vicum Petegensem dioecesis tunc Tornacensis, nunc Gandavensis. Anno 1086 septem altaria dedit monachis S. Basoli, et ec- clesiæ S. Hilarii Marogilensis Agneti abbatissæ